


**Gloriae Patris Et Filii Et Spiritus Sancti Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculorum Sacrum, d. solemni SS. Trinitatis**

Rostochii: Keilenbergius, 1678

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733991432>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1678. Trin.

~~A-1256. 25.~~

# PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI

*Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula*  
*seculorum*

SACRUM, d. solemnè SS. TRINITATIS publicè propositum  
ab

AUGUSTO VARENIO, D. Collegii  
Seniore, Consistorii Ducum Assessore  
Acad. Rostoch. h. r. RECTORE.



Matth. XXIIIX.

loquutus est eis (Apostolis) dicens: Data est mi-  
hi omnis potestas in cœlo & in terrâ

19, Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos  
in nomen PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI.

Joh. III, 5.

Amen, Amen dico tibi: Nisi quis fuerit genitus ex Aqua  
& SPIRITU, non potest introire in regnum Dei.

2. Cor. XIII, 13.

Gratia DOMINI JESU CHRISTI, charitas DEI, & com-  
municatio SPIRITUS. S: sit cum vobis omnibus. AMEN.




ROSTOCHII,

Prelo. FRIDERICI KEILENBERGII, Acad. Typographi.

Anno CID 19C LXXIIX.

M 1256<sup>230</sup>



**Q**uanto in S. TRINITATEM, & imprimis in  
 SANCT. SPIRITUM, Deo PATRI & FILIO ὁμοούσιον,  
 verumq; adeo & unum illum essentiã Deum, prater quem non  
 est alius, odio flagrant Arii & Macedonii rigorosa suboles,  
 Aetiani, vel à famosiore Aetii Discipulo, *Eunomiani* appellati, gravi-  
 ter, suo, more Basilius Archiepiscopus Cappadox, magnum sec. IV. lumen  
 exemplo remonstravit *δοξολογίας* illius Ecclesiasticæ antiquissimæ, in quã  
 usq; adeo tumultuati contra unam syllabã fuerint, ut ne audire quidem vo-  
 luerint *æqualiter gloriam dici* PATRI & FILIO, & SPIRITUI SANCTO,  
 vel, *Patri & Filio* cum SPIRITU SANCTO, ac mutari postularint formu-  
 lam, & dici GLORIAM DEO ac PATRI PER FILIUM IN SPIRI-  
 TU S. sic ut agnovit illustris Ecclesiæ Doctor, illos *hæreticos citius linguas*  
*sibi præcisuros & abjecturos, quàm Præpositionem CUM* recepturos, vel SPI-  
 RITUI S. æqualiter cum PATRE & FILIO gloriam sive dicturos, sive ut  
 ille GLORIÆ Spiritus Deo PATRI ὁμοούσιος habeatur, patienter audi-  
 turos. Quia sc. Hæretici illi blasphemè SPIRITUM S. faciebant *Ministrum*  
*divinitatis*, sic ut assererent & PATRE & FILIO minorem, ac *creatura cre-*  
*aturam*, eo loco & ordine habendum, quo *Angelici throni, dominationes,*  
*Principatus, potestates*, facillè autem & rectè agnoscebant, illã *δοξολογίαν*  
*sempiternã communionẽ essentiæ & operationis SPIRITUS S. nõ saltim cum*  
*FILIO: sed & cum PATRE* indigitari, SPIRITUM, S. ita esse DEI PATRIS  
 & FILII SPIRITUM, ut simul ipse sit *unus ille verus Deus* (Deut.  
 VI, 4.) cum Patre adeo & Filio, cui utriq; *consubstantialis & coæqualis est,*  
*æquali gloriã honorandus, & adorandus*, quem illi in *Angelorum* vel certè  
*creaturarum ordinem* reductum ibant, inde, prout dogmatis de Filii, & SPI-  
 RITUS præcipuè SANCTI, cum Deo Patre ὁμοούσιος: ita & formulæ illius  
 hostes ἀπειθοῦσι, bellum de illã ipsã quoq; moverunt *δοξολογίαν* Ecclesiasticã  
 tantoq; id conatu, cumq; Sophistico tectorio, ut aliis quoq; simplicioribus  
 persvaserint *novitatem talis formulæ*, qualis unã cum dogmate non obtinu-  
 erit ante *Nicanos*, induxerintq; ad *obstrependum* Basilio, apud populũ omniẽ  
& gloriã

blicè absolventi, & ad irruendum in illum, velut qui non modo peregrinus  
ac novus usus fuerit vocibus: verùm etiam inter se pugnantibus, quod antea  
illà quoq; Deum Patrem glorificandi per Filium in SPIRITU S. usus effec-  
formulà, quam sc. propagandæ suæ hæresi, de Filio Patris, Spiritu S.  
autem Patris & Filii creaturâ commodiorem reputarant. Ejusdem hæ-  
retici furoris in exautorando naturâ divinâ SPIRITU S. testis eodem se-  
culo ex Patribus Latinis Ambrosius (in quo dulces quosdam aculeos, & Epi-  
scopo dignam verecundiam veneratur Erasmus, prout in Basilio, præter sub-  
silitatem, piam ac mitem suaviloquentiam est exosculatus) alio allegato  
exemplo. Evidenter, inquit, Scriptum S. SPIRITUS Θεότητι h. e. Deitatem  
testatur: sed etiam ipse Dominus dixit in Evangelio: DEUS SPIRITUS est,  
quem locum ita expressè Ariani testificamini esse de Spiritu, ut eum de ve-  
stris codicibus auferatis, atq; ut inam de Vestris & non etiam de Ecclesia Codici-  
bus tolleretis: falsum quippe hoc & sacrilegum simulacrum etiam in Ecclesi-  
asticis Codicibus deprehensum est. Et fortassis hoc etiam in Oriente fecistis.  
Et literas quidem potuistis abolere: sed fidem non potuistis auferre. Plus vos  
illa litura prodebat, plus vos illa litura damnabat, Cur auferebatur, DEUS  
SPIRITUS EST, si nõ pertinebat ad SPIRITUM? Si enim de Deo Patre vul-  
tis expressum, Ergo & Deum Patrem negastis, quem putastis esse delendum.  
Sed confessione propria constrinxit adversarios, quos non tam illa litera da-  
minatura erat, quàm litura. Vocabulum quippe πνεῦμα nõ necessariò perso-  
naliter de ipsâ Spiritus S. personâ intelligendum & pro subiecto habendum  
erat, ut sensus esset: Spiritus S. est Deus: sed potiùs pro essentiali prædica-  
to, sive ut ὁ θεὸς accipiatur κοινῶς & essentialiter, ἰ. διακριτικῶς & personali-  
ter, quomodo Basilius intellexit; sic ad h. l. commentatus: Deus Pater est  
Spiritus & adorandus in SPIRITU (Sancto) & VERITATE i. e. ipso Filio, qui  
dicit: Ego sum VERITAS qui est imago Dei ac Patris, in quo videtur Pa-  
ter prout adorãdo in Sp. S. velut in seipso, DOMINI divinitatè exprimere. Pro-  
ut inseparabile est Lumen ab imagine, quæ videtur, quippe quod causa visio-  
nis est ita inseparabilis est SPIRITUS S. A FILIO, ut nemo possit videre Filium,  
nisi in SPIRITU S. Per hujus adeo illuminationè videtur illud ἀπαύρασμα  
s. splendor gloriae Dei Hebr. I. 3. & per hunc splendor em, qui est character per-  
sonæ Patris nos subvehimur ad ipsum Deum Patrem, cujus sc. character &  
ἡ ἰσοτύπος ὁμοιωσις Filius est.) Ipsos tamen hæreticos convincere pulchrè  
potuit Ambrosius. Aut quippe illud intellexerint de Patre dictum, de quo præ-  
dices

*S. qui ibi Deum sit appellatus. Si posterius, hoc ipso confessi, SPIRITUM in*  
*Scripturis dictū Deum, ne suæ id causæ noceret, eradere maluerint. Si prius,*  
*ipsum etiam Deum Patrem negarint, quem radendum putarint. Agnoscit*  
*idem Ambrosius, æquè infidelem & pro gentili habendum, velut laqueo im-*  
*pietatis adstrictum, siue quis SPIRITUM S. siue ipsum Patrē neget DEUM*  
*l. 3. de Spir. S. c. 11. Neq; aliter Basilius, blasphemiam in Spiritum inter-*  
*pretatus, illam πνευματομαχῶν hæresin, nihilq; formidabilius, quàm non*  
*formidare minas talibus blasphemantibus à Domino dictas quos pro-*  
*iade ad tribunal Dei vocat c. 29. lib. de Spiritu S. quem ab Amphilochio Ico-*  
*nii Episcopo rogatus, ut dilucidam aliquam de vi illarum particularum IN*  
*& CUM doctrinam evulgaret, scripsit. Quid monstri illi aluerint Hæreti-*  
*ci, sanè idem quod nostri seculi quidam Angelici sc. ut Conditoris Anglo-*  
*rum throno exclusus Spir. S. inter thronos saltem collocaretur Angelicos, vel*  
*ut Princeps, vel post Christum primogenitum, ordine natura, secunda cre-*  
*atura, non tacuit Basil. M. in ipso statim limine notans Euvomiano-*  
*rum regulam, sc. Accio autore, illam: τὰ ἀνόμοια κατὰ τὴν προφῆαν, ἀνό-*  
*μοια ἔκαστὸν ἑστὶν. Quæ dissimilis sunt prolationis, dissimilis etiam esse*  
*natura, vid. c. 2. Contra illos adeò, qui ex discrepantiâ prolationis, Ex quo,*  
*PER quem, IN quo, inferebant ad discrepantiâ natura Filii, & præcipuè*  
*SPIRITUS SANCTI, ut hunc ab unitate illâ essentia, quæ solius veri Dei est,*  
*exclusum, ablegarent ad principē inter creaturas locum; ingressus illud cer-*  
*tamen M. Basilius est, pulcherrimè in ipso statim limine ostendens usum il-*  
*larum particularum Biblicum, & inter personas divinas alternativum, sic ut*  
*EX etiam tribuatur Filio & Sancto Spiritui, nec PER ita proprium Filio, ut*  
*non etiam tribuatur Patri, atq; adeo Ecclesia de Filio & Spiritu S. in glori-*  
*ficatione æquè, CUM, ac PER vel IN usurpet, quorū prius sit SPIRITUM S.*  
*glorificantium, & in Filio ac Spiritu S. sempiterna natura divina majesta-*  
*tem ac dignitatis excellentiam venerantium, posterius magis, gratias agen-*  
*tium, habitā sc. ratione æconomia illius nostræ reparationis, in quâ Deus*  
*Pater mundum sibi reconciliavit per Christū, & ipse unigenitum Filium de-*  
*dit ac in mundum misit. vid. Basil. l. alleg. c. 5, 6. 7. 8. Inde autem peculi-*  
*ariter de SPIRITU SANCTO, & illo ipso, qui per postulatam syllabicum ma-*  
*ximè impetebatur ab Hæreticis, fidei articulo, sc. de divinâ NATURA*  
*& GLORIA unius SANCTI SPIRITUS, & hoc in ipsâ unius*  
*æterni & veri Dei essentiâ credendo, & submississimè venerando, reveren-*

RITU, non cum Seraphinis confundendo, vel inter hos locando, *τρωάγες* Seraphinorum Isaianum. Scilicet, si non tantum ex ter distincte proclamato *וַיִּרְאֵהוּ* i. e. SANCTUS, *Jes. VI. 2. 3.* ex locutione Adonai plurali: *Quis ibit NOBIS v. 8.* ex caractere *autoritativa Prophetarum missionis & instructionis v. 9.* (quæ ubiq; terè S. Spiritui vindicatur, eidemq; benedicto Domino Deo *Israëlis locuto per os omnium, qui à seculo fuerunt, Prophetarum suorum v. 9. 10.* collato *Luc. I. 68. 70.*) sed & ex clarissimâ explicatione N. T. *Act. XXII. 25.* probatur, *Spiritum S. fuisse illum Adonai, cui à Seraphinis acclamatum וַיִּרְאֵהוּ i. e. Sanctus, quiq; ab illis ipsis agnitus, non velut unus ex thronis creatis; sed horum Conditor Jehova Zebaoth, quomodo SPIRITUS S. creatura, & non potius ipse, universa militia celestis exercitus Creator? Allegavit pro S. Spiritu creaturis eximendo, & in throno unius veri & æterni Dei vindicando locum ex *Actis c. V. 3. 4.* Sc. si ille, cui præter Apostolos memicus est *Ananias, & Deus appellatur, & SPIRITUS S. s. Spiritus Domini, quomodo SPIRITUS S. absolutè & sine addito, Deus dicitur, creatura fuerit, & nõ ille verus & æternus Deus, Deus præter quem non est alius, quiq; gloriam suam non dat alteri? II. XLV. 12. 13. 21. c. XLII. 11. 12. 13.* Ad quem locum graviter *Ambrosius: Spiritus ipse est Dei Spiritus, quoniam unus sanctus est Spiritus. Et ubi aut Pater, aut Christus, aut Spiritus, Scripturâ testificante, signatur, ob inseparabilem unitatem, OMNIS ibi plenitudo Trinitatis est. Aut igitur unitatem divinitatis Patris & Filii in Spiritu S. aut divinitatem S. Spiritus in Patre & Filio consistere, utrum dixeris, utrumq; in Deo dixisti, quia & unitas divinitatè astraxit, & divinitas unitatem.* Allegat idem *Basiliius locum ex I. Cor. XII. 4. 5. 6.* Ubi distinctiones quidem memorantur *donorum, ministeriorum, actionum: sed IDEM SPIRITUS, idem Dominus, idem Deus, & alii quidem datur sermo sapientiæ, alii sermo cognitionis, alii fides, alii donum sanationum, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio Spirituum: ceterum nõ per varios Spiritus: sed PER EUNDEM SPIRITUM. Et omnia illa agit UNUS ET IDEM SPIRITUS distribuens privatim illa singulis sicut vult. vid. ibid. v. 8. 9. 11.* Allegavit *Basiliius axioma Davidicum ex Ps. XXXIII. 6. VERBO DOMINI celi firmati sunt, & SPIRITU oris ejus OMNIS EXERCITUS eorum, pro stereomate mysterii S. S. Trinitatis, & in illo Deum Patrem, λόγος, & SPIRITUM ORIS DOMINI, Creatorem omnis exercitus celestis, Conditorẽ a deo & Dominum omnium Archangelorum, nequaquam autem Spiritum S. creaturam sive Angelicam sive huic parem. Concinit svaviter Ambrosius probaturus, pro-**

ut



rumq; adeo Angelorum) Adverte quid dicat: *Omnem virtutem calorum ad SPIRITUM S. esse referendam. Nec dubitemus SRIRITUM DEI, esse OMNIUM CREATOREM. NIHIL potest esse, quod Sanctus Spiritus non sit operatus, nec de ANGELIS, nec de ARCHANGELIS, nec de THRONIS nec de dominationibus posse dubitari, quod SPIRITUS operatione subsistant, quandoquidem ipse secundum carnem Dominus, cui Angeli serviebant, SPIRITU S. in Virginem superveniente, genitus est vid. tom. 4. l. 2. de Spir. S. c. 5. Et repræsentat Basilius in sui temporis Hæreticis πνευματομάχοις, indolem modernorum. Jactant hi, Consensum priorum 4. seculorum. Et tamen à Nicæno, & Constantinopolitano conciliis, quarto Seculo celebratis, à Scriptoribus, sanè seculi 4. e. c. Basilio, Ambrosio, Augustino ceterisq; in suis Antecessoribus, velut Hæretici & in Spir. S. blasphemè apertè damnantur. Jactant consensum Antenicænorum, et ad hunc familiarissimè provocant, inq; sublestæ fidei locis truncatis & accumulatis mirificè se efferunt, Origene inprimis, & vel ipso obscurissimo Hermâ. Ceterùm & hic, & domi dissonant, & indolem illorum, cum quibus Basilio negotium, hæreticorum ostentant. Dogma de SS. Trinitate nondum tempore Arii extitisse asserit Smalcius contra Schopp. p. 20. At in Colloq. Albalul. Blandrata illud adscribit Ignatio, vel hujus somnio, in quo viderit illam, quam nos credamus, Trinitatem, cui alterâ post die jussit in Ecclesiâ Hymnum decantari. Zwikk. autem in Novi federis Jos. Doctrinam de SS. Trinitate & Incarnatione nostrum, quam calumniatur Antichristianam, Ireneo imputat, ceterisq; Christianis, qui circa annum Christi 138. Christianis veteribus Apostolicis, inprimis NAZARENIS, occasione edicti Adriani expulsis, successerint, imo ipsi Marco primo Hierosol. Episcopo & Ignatio per quos invaluerit dogma de præstantiore quodam Dei Filio, quàm Homo Jesus est. Ac poteramus quidem, quicquid alicubi incommodiorum terminorum datur, ex ingenti choro Patrum Antenicænorum huc afferre, quibus, quàm ante Nicænum, fides de Deo Patre, Filio & Spiritu S. seu. 3. distinctis personis divinis, quæ sint verus & unus essentiâ Deus, propagata & asserta fuerit, liquido constaret: sed illud haut fert præsentis Programatis angustia. Satis nunc esto Basilium allegasse, qui cum pariter ab hæreticis SPIRITUS S. divinam naturam & personalitatem oppugnantibus, contra talem, equaliter S. Spiritum cum Patre & Filio glorificandi formulam, provocarent ad antiquiores antenicænos, oppoliuit, illam esse ἀρχαιότερον Φωνήν s. antiquissimam formulam, & pro tali equali gloriâ Spiritus S. cum*

S. cum Patre & Filio, tanq; glorificandi formula allegat magno numero AnteNicænos celeberrimos Patres ex Sec. II. & III. Irenæum, utrumq; Cle- mentem, utrumq; Dionysium, Origenem, Greg. Thaumaturgum, Firmilianum, Meletium, Africanum, Athenogenem Martyrem, quin consensum Ec- clesiasticum orientis & occidentis, ac, ubi ad Origenem perventum, pruden- ter monet Basilius: *Illum non ubiq; sanas habere in omnibus de SPIRITU S. opiniones, quomodo & Hieron. ep. 65. venenata alicubi appellat ejus dogmata, aliena à Scripturis, imo his vim facientia, in quibusdam sc. errasse, malè sentiendo de Filio, pejus de Spiritu S. sic tamen, ut idem Basil. l. de S. S. c. 29. agnoscat in expos. Psalm & Joh. pias voces emisisse de adorando S. Spiritu velut equalis gloria cum Deo, deq; unâ divinitate adorandæ TRI- NITATIS.* Pulcherrimè non minùs monet Basilius distingvendas esse ap- pellationes GLORIÆ (in relatione extrinsecâ SPIRITUS S. ad homines) ab appellationibus majestatis, s. sempiterna conjunctionis Spiritus S. in ra- tione intrinsecâ, ad Patrem & Filium. Ibi Spiritui S. magis convenire IN- ESSE: hîc COESSE s. cum Patre & Filio equaliter adorari & glorificari, ipsamq; illam formulam cum glorificandi, tum fidem profitendi ex ipsis de- ducit Scripturis, & formulâ Baptismi, cujus *μυσταγωγία* sit *εὐαγγελίῳ πρὸς τὴν θεογνωσίαν*, & sic formula Baptismi, regula credendi, & glorificandi, tanti æstimans argumentum illud pro S. S. Trinitate, & peculiariter ipsius quoq; Spiritus S. divinitate, ut scriberet: *In magno illo tribunali excusationem habebimus: nimirum induxit nos ad gloriam SPIRITUS S. primum honos ipsi habitus à Domino, in baptisate SPIRITUM S. IBI adjungente, & P. A. T. R. I.* Extensurus scilic. jam Salvator baptismum, hactenus nonnisi in Judæâ administratum, ad omnes gen- tes, Matth. XXII, 18. 19. præmissâ autoritate per illud: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terrâ* (per quam *πᾶσαν ἐξουσίαν*, & quidem cum in cælo, tum in terrâ, non qualiscunq; dignitas regia, vel potestas in Angelos adeptus: sed ipsa increata, infinita, Christo in tempore, adeoq; secundum so- lam humanitatem data & verè communicata omnipotentia divina est intel- ligenda, quæ alibi *ἰσχυρὸς, δυνάμις, κρᾶτος* appellatur Apoc. V, 13. conf. quo- que Dan. VII, 14.) Ex illâ potestate vere divinâ ablegat Apostolos, & jubet, ut *profecti in universum orbem prædicent Evangelium omni creaturæ*, & adeò sint *μαθητεύοντες* (conf. Joh. 4, 1.) partim, tali præconio, s. prædicantes, partim baptismo, s. baptizantes. Quia autem Baptismum Christus non voluit esse mutum spectaculum, nec infirmū quoddam & egenum elemen- tum: sed omnino divinum & re cœlesti plenissimum Sacramentum, effica- cissi-

CISMUM regenerationis, prout dicitur quod quibusdam  
 exprimi certa verborum formâ & ipsum sic Baptismum dispensari, *In no-*  
*mine PATRIS & FILII & SPIRITUS S. Baptizare* sc. iussit eis τὸ ὄνομα (qvo  
 positu, parallelo alteri ἐν τῷ ὄνοματι, conf. Act. X, 48. & ἐν τῷ ὄνοματι conf.  
 Act. II, 38. cum c. II, 16. & *autoritas ac potestas ejus, in cuius nomine alio*  
*quid peragitur, & origo s. dependentia virtutis ac efficacia actus ab illo, cōf.*  
 Exod. V, 23. coll. cum v. 1. 2. Deut. XIX, 19. 1. Sam. XVII, 45. 2. Sam. VI, 18.  
 1. Reg. XII, 32. conf. qvoq; Matth. XXIII, 39. Marci XI, 9. 10. Marci XVI,  
 17. Joh. V, 43. & benè notatis locis Act. III, 6. c. IV, 7. 10. c. XVI, 18. & *Gloria*  
*ac celebritas illius in cuius nomine actus peragitur* 2. Sam. VII, 9. Pf. LXXIX,  
 9. Prov. XXII, 1. Eccl. VII, 1. Ezech. XX, 9, 14. 22. cum obligatione subjecti  
 recipientis i. e. baptizandi, ad obsequium vel cultum etiam religiosum, vel ad  
 religiosè colendum, celebrandum, glorificandū illum, cuius *Nomine* talis actus  
 peragitur conf. Matth. XII, 20. Joh. 1, 12. c. II, 23. 1. Cor. I, 13. 15. significa-  
 tur, & h. l. *autoritas, potestas, virtus & efficacia verè divina*, quippe quæ est ipsi  
 qvoq; Dei PATRIS, & talis, cuius æquè ac præconi Evangelici effectus est,  
*conversio, & salus mundi*: iubentur quippe *prædicando Evangelium, & ba-*  
*ptizando, µαθητεύειν omnes gentes*, & quidem sic, ut qui crediderit & bap-  
 tizatus fuerit, *salvetur* conf. Marci XVI, 16. *Baptizare*, inquam, iussit in  
 unum quidem *Nomen*: sed quod idem (cadem autoritas, majestas, gloria,  
 verè & æqualiter) sit PATRIS & FILII, & SPIRITUS S. (& quidem sic, ut  
 quam verè *Pater* est *Persona divina*, tam verè, propter unum idemq; *Nomē*,  
*gloriā*, vel *majestatem* & *Filius* & *Spiritus S.* sint *persona divina* verè & reali-  
 ter inter se distinctæ, & tamen quia & *Patris & Filij & Spiritus S.* unū *Nomē*  
 est, s. eadē *divinitas, æqualis gloria & coæterna majestas, Pater & Filius &*  
*Spiritus S. sint Unū* Joh. X, 30. 1. Joh. V, 5. 7. s. *unus essentiā Deus.*) Scilicet, ille,  
*in cuius nomē baptizamur, est verus, & unus essentiā Deus. Pater & Filius &*  
*Spiritus S.* tres realiter distinctæ personæ, sunt ille, in cuius *nomen bap-  
 tizamur. E. Pater Filius & Spiritus S.* tres inter se distinctæ personæ, sunt *ve-  
 rus & unus essentiā Deus.* Major ex explicatione *NOMINIS*, & baptismi  
*finis*: sed & expressâ mentione *Patris*, sanè veri & unius essentiā Dei, ultrò  
 constat. Minor ex ipsi verbis essentialibus Baptismi, non saltem quoad sub-  
 jectum & prædicatum: sed & illam exegesi Subjecti. In cuius nomine enim  
 actus aliquis imperatur, ille sanè *PERSONA* est, & prout *Pater*, in cuius *no-*  
*mine baptizamur*, *Persona* est, prout *Filius* in cuius nomine baptizamur,  
*persona* est, ita & *Spiritus S.* in cuius nomine æqualiter baptizamur, perso-  
 na

annorum mortem superiori seculo in Serueto, & *Uentura uentura* *Uentura*  
ducta, in illâ quæ Seruetum sequitur, ferè miscetur Sectâ, hic quod solide  
opponat habet: quin multa ex positis ultrò concedit. Concedit scilicet.  
DEUM essentiâ unum esse (*unum tantum numero Deum esse, & unam*  
*tantum esse Dei essentiâ omnes Christiani fatentur & rectè affirmant,*  
ait Crell. l. de D.) *Patrem & Filium personaliter distingui, & duas dis-*  
*tinctas personas esse, quin & Patrem, Filium & Spiritum S. verè non sic*  
*essentiâ à se inuicem distingui, quodq; Pater non sit Filius, nec Spiritus S.*  
*sit propriè vel Pater, vel Filius: sed quod horum trium discrimè aliquod*  
detur, quod usq; adeo certû Crellio, ut in illâ *distinctione* totius lux cau-  
sæ fundamentum collocatum agnoverit, & illa scripserit, quæ *pro perso-*  
*nalitate Spiritus S. distinctâ* militare poterant, sc. *Eodem modo, eâdem*  
*ratione, quâ distinguitur Filius à Deo simpliciter positio* (qui illis est solus  
Deus Pater) *distingui quog; Spiritû S. à Deo l. 1. de uno Deo Patre Sect.*  
II. c. 1. Atq; concessum, *Filium à Deo (Patre) realiter & personaliter*  
*distirgvi. E. & Spiritus S. sic distingueretur.* Ceterum licet verba vide-  
antur intelligenda de veritate *distinctionis speciali, de genericâ* tamen f.  
quod in genere detur *vera quadam, distinctio inter Patrem & Spiritum*  
S. saltem accipiendum illud ex ipsius mente fuerit. Concedit porrò:  
Patrem, *Filium & Spiritum S. verè unum esse, quia P. & F. unum esse,* ni-  
mis apertè in Joh. X, 30. *Tres autem P. F. & S. S. unum esse,* clarissimè  
1. Joh. V, 7. pronunciat (et si non nisi de *unitate concordie & consensu,*  
vel testimoniali explicant) Concedit Völkelius de v. 2. l. 5. p. 492. *Nomè*  
*esse signum personale, atq; exinde Patri & Filio frequenter in scripturis*  
*tribui: Spiritui S. autem nunquam.* Atq; hic apertissimè jubet Serua-  
tor baptizare in nomine *Sancti Spiritus.* Quomodo ergo non Spiritus  
S. persona? At, inquit, h. l. *Spiritui S. nomen tribuitur saltem occasiona-*  
*liter & per Prosopopæiam, cujus exempla allegare solent e. c. quod Cha-*  
*ritati 1. Cor. XIII, 4. 5. 6. 7. & sapientiæ Prov. IIX, 12. 14. 23. 30. 31. adscri-*  
*bantur predicata persona, quodq; Nomen ob conjunctionem, tribua-*  
tur etiam rei *conjunctione cum persona* e. c. Apoc. III, 12. Ceterum sic jam  
nudum latus ostendit hæresis. Præterquam enim, quod in loco 1. Cor.  
XIII non agitur de *Charitate abstractivè: sed concretivè,* quatenus est  
eudæmote *ἐν πνεύματι* conf. v. 8. in loco autem Proverbiorum de *Sapi-*  
*entiâ non creatâ: sed ab aeterno genitâ & sic hypostaticâ* conf. v. 22. 24.  
26. 27. 28. 29. 30. illâ ipsâ sc. *eructante Spiritum S. Prov. I, 23. quodq;*  
*Deus & Civitas Dei s. nova Hierusalem, non ponatur sub UNO NOMI-*

B

NE:

angelorum, & anagyri primogenitorū, Spiritibus justorum, nec ibi man-  
detur Actus peragendus in NOMINE DEI & novæ Hierusalem, civita-  
tis Dei, quis ferat in nomine Patris & Filij literæ propriæ insistendum &  
illud de PERSONIS divinis intelligendum, ubi autem ad SPIRITUM S.  
pervenitur, ad *Prosopopœiam* fugiendum, & ibi fictionē Personæ s. ima-  
ginariam quādam personalitatem & divinitatem S. Spiritus statuendā,  
ubi clarissimè asseritur *persona* divinæ veritas? Licet autem, qui in op-  
pugnandā *divinitate* S. Spiritus vel maximè nostrā ætate magno cona-  
tu Mendaciorum Parenti suam largiuntur operam, & ingeniosè exco-  
gitatis discursibus, depravatis SS. Scripturarum oraculis, contortisq;  
Patrum & vel obscuriorū quorundam obscurioribus sententiis id agunt,  
ut nos *fide divina* Filij & S. Spiritus personalitatis & per hanc SS. Trini-  
tatis deijcere, & Orthodoxiam de illā Catholicam traducere queant, ne  
ipsi quidem satis invenire possint, quid tandem de hoc S. Spiritu sentiant,  
Crellio, *nudam qualitatem* vel *δύναμιν ἀνοπόστων* S. S. asserente: Socio,  
inter SPIRITUM S. & SPIRITUM JESU vel CHRISTI distinguen-  
te, mendacissimè, *nunquam simpliciter Spiritum S.* appellari *Spiritum*  
*Christi* pronūciante (cum tamen si Act. XVI, 17. legendū foret τὸ πνεῦμα  
Ἰησοῦ, prout legit Syrus, & habet Beza, non aliū ibi intelligendus Spiritus  
esset, quā qui v. 6. appellatur τὸ ἄγιον πνεῦμα vel Actor. XIII, 2.  
τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον) per Spiritum JESU, (Christi), Angelum Jesu in-  
telligente, per Spiritum autem Sanctum, non personam quādam singu-  
larem à Christo & Angelis distinctam: sed vim atq; efficaciam divinam,  
sine quā ista à Jesu per Angelos, non fiant, ut sic quod facit Spiritus i. e.  
Angelus Jesu, vel Jesus per Angelum, id dici possit à Spiritu fieri vid. Soc.  
tr. de D. C. & SS. p. 121. quem tamen CHRISTO, et si naturā merè HO-  
MINE, minorem, statuit Zwickerus in Jos. p. 17. aliis quoq; præter So-  
cinum, in ANGELUM vel ANGELOS hīc abeuntibus, & quatenus per  
Spiritum S. intelligunt personam creatam ad Macedonianorum & Evno-  
mianorum castra redeuntibus, Catechesis tamen Racov. non abnuente  
alibi Socino, Spiritū S. esse de naturā Patris, sic ut quæ propriè perti-  
nent ad divinā essentiam, Spiritui S. tribuantur, adserit, unde nec Osto-  
rodus, nec Smalcus negant, SPIRITUM S. posse appellari Deum, quo-  
modo sc. omnia, quæ in Deo sunt naturaliter Dei esse dici solent, & rurſus:  
Spiritum S. in Deo (Patre) naturaliter residere, distinctum ab eis, quæ à  
Deo sunt creatæ, qualis sanè SPIRITUS non poterat non unum quid essentia esse  
cum Patre, & adeo, si, prout ex loco Matthæi probatum, persona, non nisi verè di-  
vina,


infringit, sive quod objicit Volkelius l. alleg. *Res sepe conjungi personis*, prout  
 Act. 20, 31. Eph. 6, 10. Nec enim quæritur, *annou sive persona & Res*, prout l. all.  
 sive *personæ ἐτεροούτοι*, prout 1. Tim. 5, 21. pro ratione materiæ substratæ con-  
 jungi possint: sed an *ubi bapismus imperatur, peragendus in nomine Patris, & Filii  
 & Spiritus S.* per Spiritum S. intelligi possit *res*, quæ non *Persona*, vel *persona cre-  
 ata*? Nec, quod Fr. David objecit: *Baptizari in nomine Spiritus S. nihil aliud esse,  
 quàm Spiritum S. donari*, quod *literaliter* probetur ex Act. II, 38. Nec enim illud  
 verum, nec hoc: sed contrariū ex loco all. probatur: sc. *unusquisq. baptizetur, in  
 nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum: & accipietis donum S. Spiritus*. Hoc  
 ergo *baptismi in nomine Spiritus Sancti*, effectus & finis est, non ipsa *Baptismi* for-  
 ma. Nec quod Zwikk. in Jos. allegato loco Joh. XII, 44. *baptismum in nomen Filij  
 & Spir. S. intelligendum non tam in Filium & Spiritum S. quàm principaliter in Pa-  
 trem*. Ita enim inducitur inæqualitas quæ excluditur per unum idemq. Nomen  
 P. F. & S. S. in quod æqualiter baptizare jubentur: prout, qui credit in *Filium  
 non tantum in Filium credit: sed & in Patrem*. Nec obstat *Baptismus in Mosen* 1.  
 Cor. X, 2. Nec enim ibi memoratur *baptismus* s. *mandatus* s. *administratus in no-  
 mine Mosis*, nec in nomine *Patris, & Filij, & Mosis*: Alia enim ratio *baptismi* (il-  
 lius umbratilis) in *Mosen*, alia *baptismi* (Sacramentalis N. T.) *mandati in nomen  
 Patris & Filij & Spiritus S.* Nec exinde, quod Exod. XIV, 31. *Israelitæ dicuntur  
 Credidisse in Deum & Mosen*, rectè inferitur, ita se habere *Filium & Spiritum S.  
 ad Patrem*, prout *Moses ad Deum*. Licet enim, prout *Moses persona*, ita & *Spiri-  
 tus S.* asserendus foret *Persona*, quod maximè negant, tamen nec ibi dicuntur  
*Israelitæ credidisse in nomen Dei & Mosis*, nec *Moses* hic ratione personæ ponitur  
*objectum fidei Israelitarum*: sed ratione *Doctrinæ* s. *Prophetiæ*, & sic *credere in  
 Deum* s. *verbum Dei & Prophetiam Mosis* Synonyma sunt. Pulchrè Chald.  
 הימנו כמימרא יהוה ובנכיאות משה עבדיה i. e. *Crediderunt  
 Verbo Domini & Prophetiæ Mosis Serbiæ* ejus. Sed & regenerationis medium est  
*Baptismus*, quod negantibus hæreticis opponimus *Axioma* illud Σωτηρος JOH.  
 III, 5. Ceterum cum & hunc locum de *Baptismo Sacramentali* agere, æquè ne-  
 get Smalcus, quàm illum Matth. XXII, 19. quin non illa saltem: sed & cetera  
 primaria omnia e. c. *Marci XXI, 16. Ephes. V, 26. Tit. III, 5. 1. Per. III, 21.*  
 ac impudenter, *regenerationem in Baptismo* aquæ fieri, pronunciet esse *Falsum &  
 Idololatricum*, idemq. *asserere, esse illorum, qui in Theologia sint pueri*, disp. con-  
 tra Francium de Bapt. p. 311. hic tamen præstat more illorum *ὑπεριου* Matth. XI,  
 25. Spiritui S. clarissimè illud asserenti credere, quàm ob frivolas planè rati-  
 uncular per detorsiones Scripturæ violentas à literâ recedere Quæ enim illatio?  
*Salvator Matth. XXII, 19. instituit, aliq. novum*. E. non *illum Baptismum,*  
*Atq. novum* illud erat, quod cum antea *Salvator* fuisset saltem *μαθηταύσας*  
*& baptizans per apostolos in Judea* Joh. IV, 1. jam iusserit *μαθητεύειν* & sic *ba-  
 ptizare omnes gentes*, nec aliq. tamen *Baptismo*, quàm *qualem* jam antea  
*administrarant Apostoli*, prout nec aliud *Evangelium*, quàm quod jam præ-  
 dicarant in *Judea*. Quàm autem ineptum illud interpretamentum e. c. *Laba-  
 crum* aquæ in *Verbo* i. e. *Labastrum* *verbum* s. *Evangelium*? conf. Eph. V, 20. Quàm

*ptismi 1. Aqua 2. Spiritus 3. Doctrina, 4. Crucis, in loco Joh. III, 5. de  
 nullo BAPTISMO Christus loquitur. At loquitur sanè de Baptismo  
 ante trimesse tunc circiter à JOHANNE Bapt. aperto (non ob-  
 stante, de necessitate illius Johannis, præconio) à Phariseis pluri-  
 mis repudiato Luc. VII, 30. unde Nicodemo Principi dubium, &  
 ex hoc, nocturno Consultori subnatum κρινωμεν, ex responso Salva-  
 toris terno & cognoscendum & dirimendum, imo jam ab Apostolis,  
 qui aqua baptizantes, post Jesum exsistatum, non potuerunt non id  
 præstare ex recordatione Mandati Matth. XXII, 19. ex obligatione  
 hujus necessarii sub duplicato Amen pronuntiati salutis medii Joh.  
 III, 7. conf. Act. II, 37. 38. c. X, 47. c. XVI, 30; 31. expeditum. Urgemus  
 meritò τὸ πῶς, negationem causa à litera hic recedendi, quodq; vox  
 Aqua conjuncta voci Spiritus, semper veram & naturalè Aquam desi-  
 gnet, & adeo hic Baptismus intelligatur velut medium regeneratio-  
 nis. conf. Ephes. V, 26. Tit. III, 5. atq; sic S. Spiritui æquè ac alibi  
 Patri Pet. I, 3. 1. Joh. V, 4. & κωνός Deo Joh. I, 13. relinquatur gloria  
 Principii & primæ causæ regenerationis, Pulchrè Ambros. I. all. c. II.  
 Hæc Dominica sententia est, nos per Aquam regenerari & SPIRITUM  
 S. Hoc scripto nitor, non argumento: Atq; prout baptizamur & rege-  
 nemur: ita & eadem fide SS. Trinitatis sustentamur, GRATIA sc. (Fi-  
 lii) DOMINI JESU CHRITI (nos absolutissimè à suâ obedientiâ Patri  
 reconcilians, & ex suâ plenitudine gratiâ donâns Rom. V, 15. Joh. I, 17)  
 DILECTIONE DEI (Patris, unigenitum pro nobis omnibus, & quidem peccato-  
 ribus in mortem tradentis, & cum illo nobis omnia gratificantis, quoniam in Dilecto illo  
 nos gratos efficiens Joh. III, 16. Rom. V, 5. IIX, 32. Eph. I, 6.) Cõmuniæ SPI-  
 RITUS S. (non passivè: sed æquè ac Pater & Filius activè hic se habentis, sc. gra-  
 tiam illam Christi & dilectionem Dei Patris per Verbum & Sacramenta nobis  
 applicantis, obsequantis, & nos tandem glorificantis) illustri argumento perso-  
 narum SS. Trinitatis ὁμοούσιος & paræ majestatis, cui probandæ, & hic postea  
 militat, & quod GRATIA alibi adscribitur æquè Patri Rom. V, 15. & Spiritui  
 S. Hebr. X, 29. DILECTIO Filio, Rom. IIX, 35. & Spiritui S. Rom. XV, 30. COM-  
 MUNICATIO Patri 1. Joh. I, 6. & Filio 1. Cor. I, 9. & quod prout aliquando nõ  
 exprimitur Spiritus S. & tamè nõ excluditur, quando Pater & Filius nominantur  
 1. Tim. V, 25. ita aliquando taceatur de Deo Patre, & exprimatür saltem Filius &  
 Spiritus S. & tamen non excludatur Pater ὁμοούσιος Rom. XV, 30. 1. Cor. VI, 11.  
 conf. cum Matth. XXII, 19. Atq; prout sic baptizati sumus, ita quodq; sic cre-  
 damus, sic glorificemus SS. Trinitatem, eidem in altissimis æternum cantatur  
 τρισάγιον & HALLELUJA.*

P. P. RoR. Dom. SS. TRINITATIS an, M DC LXXIIX.







annorum mortem superiori seculo in Seruetum  
ducta, in illa qua Seruetum sequitur, ferè mis-  
opponat habet: quin multa ex positis ulterò  
DEUM essentiã unum esse (unum tantum na-  
tantum esse Dei essentiã omnes Christiani fa-  
ait Crell. l. de D.) Patrem & Filium persona-  
stinctas personas esse, quin & Patrem, Filium  
titiã à se inuicem distingui, quodq; Pater no-  
fit propriè vel Pater, vel Filius: sed quod hori-  
detur, quod usq; adeo certũ Crellio, ut in illa  
sa fundamentum collocatum agnoverit, & illi  
nalitate Spiritus S. distinctã militare poterat  
ratione, quã distinguitur Filius à Deo simpliciter  
Deus Pater) distingui quoq; Spiritũ S. à Deo  
II. c. 1. Atq; concessum, Filium à Deo (Pater  
distingui. E. & Spiritus S. sic distingueretur.  
antur intelligenda de veritate distinctionis spi-  
quod in genere detur *venã quadã distinctione*  
S. saltem accipiendum illud ex ipsius menti-  
Patrem, Filium & Spiritum S. verè unum esse  
mis apertè in Joh. X, 30. Tres autem P. F. &  
I. Joh. V, 7. pronunciat (et si non nisi de uni-  
vel testimoniali explicant) Concedit Völkeli  
esse signum personale, atq; exinde Patri & Fi-  
tribui: Spiritui S. autem nunquam. Atq;  
tor baptizare in nomine Sancti Spiritus. Q-  
S. persona? At, inquit, h. l. Spiritui S. nome-  
liter & per Prosopopœiam, cujus exempla all-  
ritati I. Cor. XIII, 4. 5. 6. 7. & sapientia Pro-  
bantur predicata persona, quodq; Nomen  
tur etiam rei conjuncte cum persona e. c. Ap-  
nudum latus ostendit hæresis. Præterquam  
XIII non agitur de Charitate abstractivè:  
evidente ἐν πνεύματι conf. v. 8. in loco aut-  
entiã non creatã: sed ab aeterno genitã &  
26. 27. 28. 29. 30. illã ipsã sc. eructante Spi-  
Deum & Civitas Dei s. nova Hierusalem, non

B

quod solide  
cedit scilicet  
Te, & unam  
affirmant,  
& duas di-  
verè non si-  
Spiritus S.  
imè aliquod  
ius suæ cau-  
pro perso-  
modo, eãdem  
illis est solus  
Patre Sect.  
personaliter  
verba vide-  
icã tamen s.  
& Spiritum  
cedit porrò:  
num esse, ni-  
è, clarissimè  
& consensus,  
492. Nomen  
in scripturis  
juberet Serva-  
non Spiritus  
em occasiona-  
c. quod Cha-  
30. 31. adscri-  
nem, tribua-  
erum sic jam  
loco I. Cor.  
quatenus est  
rum de Sapi-  
conf. v. 22. 24.  
I, 23. quodq;  
UNO NOMI-  
NE:

